Fragmentarium

menstrua non accedas. nec reuelabis foeditatem eius.
Cum uxore proximi tui non coibis nec seminis commixtione
maculaberis. De semine tuo non dabis ut consecretur
idolo moloch. nec pollues nomen dei tui. ego dns.
Cum masculo non commisceris coitu femineo. quia
abominatio est. Cum omni pecore non coibis.
nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet
iumento nec misebitur ei quia scelus est. nec pollu
amini in omnibus his. Et post aliquantum. Unusquisq.
matrem & patrem suum timeat. Et. p. i. uersum. No
[illegible] ad idola. nec deos conflatos [illegible]
Ego dns deus [illegible] Et paulo post. nec remanen
spicas colliges. neque in uinea tua racemos
decidentia congregabis. sed pauperibus & p
tar peregrinis dimittes. Ego dns deus tuus. Non fa
non mentiemini. nec decipiet unusquisque proximum
suum. Non periurabis in nomine meo. nec polluet
nomen dei tui. ego sum dns. Non facies calumniam
proximo tuo. nec uiopprimes eum. Non morabitur
opus mercenarii apud te usque in mane. Non
male dices surdo nec coram ceco ponas offendiculum.
sed timebis dnm deum. quia ego sum dns. Non
facies quod iniquum est. nec iniuste iudicabis
Nec consideres personam pauperis. nec honores
uultum potentis. Iuste iudica proximo tuo.
Non eris criminator & susurro in populis.

Fragm. lat. 169a
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

License: public_domain – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 169a, 1v – (Ps.) Augustinus Hipponensis, De scriptura sacra speculum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-od7u/239/3039)